Amplissime Magistratus,

Domini Nobis sing. Colendissimi!

Esto quidem Novellaris Lex, Articulus quippe I. 807: Judaeos quoque pro Tyronibus Militaribus acceptandos innuat, quia tamen tam spiritus legis hujus, acta re Diaetalia, quam Benigna Resolutio Regia via Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici eatenus horsum intimata disponunt Judaicas Communitates relate ad ejectationem statuendorum e gremio sui Tyronum haud quaquam arbitrarie gravandas, verum in defigendo statuendorum per easdem Tyronum numero debitam Proportionem observandam, et in merito determinandae Proportionis hujus impopulationem pro genuina et clara assummendam esse: Spes nobis affulget non infundata Amplissimum Magistratum ad exigentiam [illegible] sub praesenti 40000. Tyronum statutione nos ab onere statuendorum e gremio nostri Tyronum dispensaturum; sub priori enim statutione, dum Civitas haec 40. Tyrones statuendos habuit, unum e gremio nostri Tyronem statuimus; jam autem dum infrascripta haec Judaica Communitas velut 90. / inclusis minorennibus Prolibus, sexus foeminei hominibus, et Senibus. / ad summum Capita numerans unum Tyronem statuit, tunc servata superius attacta Proportione Civitas haec velut 15000. animas numerans 166. Tyrones statuendos habet, prono itaque fluit alveo, si menti legis, et

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

et altioribus Ordinibus satisfactum fuerit, nos non modo sub praesenti 40000. Tyronum Statutione, verum etiam affutura ab onere statuendi e gremio nostri Tyronis eximendos esse: quod ipsum dum humillime supplicamus, debito cum Venerationis Cultu perseveramus. Zomborini Die 16a. Augusti 809.

Amplissimi Magistratus

Clientum infimi
Communitas Judaica
Zomboriensis.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Praes. die 16a Aug.
809

Ad
Amplissimum Magistratum
Lib. Reg. Cittis Zomboriensis,
Dnos Sing. Colendissimos

Lect. 19a Aug.
Nro 849a

Comunitas Iudaica Zomborien.
[illegible] sub Praenti, et affutu.
ra nefors Tyronum Statutione
ab [illegible] statuendi e gremio
sui Tyronis dispensari supplicat.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Nr. 369

Expedit. [illegible] 809.
Per C. Fratricsevics